

sa est in luctum & lamentationem. Quibus auditis Kartharius de  
 exercitus sui interitum inuicem consternatus est. In necessitate co-  
 pulsus omnes obsides qui in suo regno erant iussit colligi. et  
 Luencibaldo reddi. usque unum unum nomine rabodone  
 inde seminece recep. Mense augusti bludouincus rex  
 cum karolo fratre suo colloquium habuit. prope masia fluminem  
 sed nec de filios suos secum pacificare potuit. Noluerunt  
 enim ad eius colloquium uenire. propter obligationem bene-  
 ficiorum que eis promissa fuerant. Cum autem falsus rumor  
 exisset bludouincum regem italie ab adalgriso duce bene-  
 uentano insidiosè peremptum fuisse. et rex tristis deagen-  
 se palacio in orientales partes regni sui rediret. ilico filii  
 obuiam ei uenientes. & quibusdam beneficiis ab eo accep-  
 tis. sine ulla difficultate regni reconciliantur. Rex uero  
 mense octobris cum suis colloquium habuit. in fraconofure  
 inde in baiouariam profectus. contra behemos. irruptione  
 in regnum suum molentes. tutores parcium suarum misit.  
 arnum uidelicet episcopum. & ruodolphi comitem aliosque cum eis.  
 Aduersarij autem quendam locum uallo firmissimum  
 circumdederunt. iter augusti impio aditu facientes. ad  
 insidias scilicet illorum qui terminos obseruabant. ut si for-  
 te aliquis ex illis illuc ueniret. in ipso angusto temere nul-  
 qua declinare ualens occideretur. Interea selau marahen-  
 ses nuptias faciunt. ducentes cuiusdam ducis filiam de  
 behemis. Quod cum supra dicti uiri id est arni et alij qui  
 cum eo erant percipissent. illico armati aduersarios se-  
 quebantur. Illi autem fugientes ad uallam memora-  
 tum ignari uenerunt. ibique propter loci angustiam

1  
 Fuldensis  
 Fragmentum

Joann. 871

872

2, 875

(Ann. 200)

I 384

390